



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Ervditione Religiosorum

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

1. Quòd magnopere oportet religiosum spiritualis profectus avidum bona quærere consortia, & deuitare mala.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50980)

minabit alius extra terram. In tertio fructus erit perfectus. Simili modo in similitudinē plantæ eradicabitur talis de terra mala & sterili vitæ mundanæ: quod fiet cum pœna magna & labore; postea replantabitur, vbi adhuc leuiter sustinebit grauitates. vltimo vero erit radicans fortiter & perfectè: & afferet fructum multum. Itaque qui in prædictarum trium viarum exercitiis diligenter fuerit exercitatus auiditate adipiscendi diuinum amorem: adiuuante domino: citius valebit attingere perfectionem nisi ex sua culpa & negligentia hoc noluerit desinens in eis exerceri, aut rediens ad vitia & noxias delectationes: quæ vt superentur & radicitus euellantur, sollicitè est laborandum: alioquin modicum proficiet, prout plenius continetur in tractatu de Spiritualibus ascensionibus: cuius initium est, Beatus vir.

**QVOD RELIGIOSO SPIRITVALITER**  
*proficere cupienti, multum confert bonorum*  
*consortia querere: & malorum*  
*deuitare.*

## CAPVT I.

**H**ortatur nos Propheta dicens; Cum sancto sanctus eris: & cum peruerso peruerteris. Igitur frater in Christo Iesu dilectissime diligenter caue ne per prauorum dissoluta & dolosa consortia decipiaris. Adhære alicui viro religioso, qui sit virtute præditus, disciplina ornatus, scientia eruditus, grauitate maturus, in timore Dei fundatus, à quo iugiter audias

b 4

adifica-

ædificationis & consolationis verba & imita-  
 tione digna. Sicut enim calculus frigidus si ad-  
 iungatur calculo ignito, accenditur & ardet: ita  
 qui tepidus & frigidus est, adiunctus ei qui est  
 feruidus & deuotus, feruescit sæpe, & fit deuo-  
 tus, eruditus, atque bonis moribus adornatus.  
 Sicut Apostoli redemptori nostro cohærentes,  
 facti sunt viri sancti, & repleti Spiritu sancto. Si-  
 militer Marcus adhærens Petro, fuit eruditus in  
 Euangelio & meruit esse Euangelista. Timo-  
 theus quoque Paulum comitatus, ab ineunte  
 pueritia in Scripturis sanctis peritissimus fuit,  
 atque per eundem Apostolum Paulum, Episco-  
 pus ordinatus: demumq; Euangelium prædi-  
 cās obiit gloriosus martyr. Rursus secutus An-  
 brosium Augustinus ab eo fuit instructus & ba-  
 ptizatus, meruitq; in sancta Ecclesia doctor esse  
 clarissimus, atque in toto terrarum orbe nomi-  
 natissimus. Sanctus etiam puer Maurus glori-  
 sum patrem Benedictum sectatus, meruit po-  
 stea Abbas dignissimus esse, ac virtutibus & mi-  
 raculis refulgere. Et deuotus Bernardus Abbe-  
 tem Stephanum comitans in Cisterciensi mo-  
 nasterio, in sua religione totius religiositatis  
 fectus est lumen splendidum: & instar con-  
 scantissimi syderis in cunctis claruit terris:  
 nunc claret in cœlis. Plura possemus tam veterum  
 quam noui Testamenti exempla ponere, quæ  
 ad salutem animæ & ad spiritualia exercitia bo-  
 norum consortia multum profunt, & malorum  
 nimium obsunt: quæ ob pro-  
 lixitatem vitandam præ-  
 termittimus.

270